



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectura Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae Agrippinae, 1653**

Præfatiuncula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

PRÆFATIO.

**M**ONENT ab Architecturâ desumpti adificandi modi variis, quos hactenus explicavimus, ut differamus, de aliis quibusdam, quæ indirectè, sicut Timor & Humilitas, Fundamentum spiritualis Aedificii nuncupari posse videntur. Quæ enim Carbonibus ac Palis æquè significantur, ac Timor non inepta analogia ad fundamenti rationem traduci posse videntur.

ARTICVLVS I.

VERBUM DEI

Fundamentum Aedificii spiritualis.



**C**ARBO in arcanis Sacræ-Scripturæ symbolum est sermonis divini à DEO, vel ejus Interpretibus prolati, eumque significat. Ita S. Hieronymus Isaia vi. 6. Epist. 142. accipit Carbonem, quo Isaia labia purgata sunt: Volavit, inquit Propheta Isaia vi. 6. ad me unus de Seraphim, & in manum ejus Calculus, quem forcipe tulerat de altari. In LXX. Interpretum versio est Carbo. Verè, desolatorius Carbo, inquit S. Hieronymus, qui linguam puram facit à peccatis, sermo divinus est. Quod confirmat ex Isaia XLVII. ubi dicitur de infidelibus & obstinatis, eoque super glaciem frigidis: Non sunt pruna quibus calefiant: aut, ut alia habet versio, Habes Carbones ignis: sedebis super eos: hi erunt tibi in adiutorium. Simili modo B. Bruno Herbipolensis illud Psalmi CXXXIX. Cadent super eos Carbones, interpretatur de

Secundæ pars.

Cc

viris